

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Io. Rvdolph. Engav Ivrivm D. & P.P.O. In Academia Ienensi  
Elementa Ivris Criminalis Germanico-Carolini**

**Engau, Johann Rudolph**

**Jenae, MDCCXLVIII.**

**VD18 12413879**

Tit. XL. De Perivrio.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-10011**

\*\*\* *L. Wisigorb.* VII, 1. seq. distinguit in *principis praecepto*, an in *priuata* quadam *scriptura* falsum commissum fuerit. *L. Ripuar.* LIX, 3. eos, qui in instrumento falso in foro usi fuerant, solidis multabat, si Cancellarium exceperis, cuius pollex dexter amputabatur. *Longobardi* ab eo, qui chartam non ex formula scripserat, *widrigeldum* *L. Longob.* I, 29, 2. ab auctore autem falsae chartae, amputatam nec ulla pecunia redimendam manum petebant *ib. leg.* I. Id quod & media ætate iuris fuit. *I. P. Suen.* c. 384.

## TIT. XL.

## DE PERIVRIO.

## §. CCCXLIX.

Periurium  
quid?

**F**alsum (§. CCCXXI.), quod sub iuris iurandi \* religione committitur, qualificatum est (§. LV, 7.), & audit *periurium*.

• Maiores nostri, quibus omnes gentes inferiores erant fide, *TACITVS Annal.* XIII, 54. ignorarunt fidem iuratum, & sic etiam illius uiolationem. Ex quo uero fides germanica cepit esse gallica, simplex non amplius sufficebat, sed requirebatur iurata, quam uiolans periurus dicebatur.

## §. CCCCL.

Vnde aperte fluunt axiomata :

I. Periurium supponit iusiurandum legitimum.

II. Periurium consummatur damno per uiolationem fidei iuratae dato.

III. Cri-



III. Crimen periurii commissum sit, nec ne? diiudicatur ex proposito fidem iuratam frangentis.

IV. Pro uarietate damni dati uariat pena criminis periurii (§. CCCCXLII, 3.).

§. CCCCLI.

Ex primo axioma colligo, periuros non esse (1) qui non steterunt iis, quæ uel absque contestatione diuini numinis, uel sola obtestatione, uel sub formulis: bei adelichen Ehren und Treuen \*, an Eides statt etc. promiserunt; (2) qui iuratam fregerunt fidem, quam dederunt infantes, furiosi, mente capti, ira summa uel amoris æstu ardentis, enormiter ebrii n), aut (3) ui dolo uel metu adacti, aut (4) contra leges uel bonos mores, aut (5) de re illicita, eaue, quam non satis intellexerunt. Sic quoque praxis periuros non habet (6) eos, qui uiolant iusiurandum, quod haud conceptis uerbis, uel de dicenda ueritate non admoniti, uel non satis edocti, uel religioni non attemperatum cognoscentes praestiterunt (*Elem. I. Germ. lib. IV. tit. X. sect. 3.*).

Qui iusiurandum legitimum

\* Apud Mennonistas periuris annumerantur uiolatores fidei, datæ sub formula: bei Mannen und Frauen

n) SETSER tr. de iur. d. de uar. periur. c. 1, 6. FICHT- pæn. §. 20.





Trauen uel bei Mannen Wahrheit MATTHAEI  
de criminibus XLVII. tit. f. nr. 4.

## §. CCCCLII.

cum damno  
tertii, ac

Ex secundo (§. CCCCL, 2.) recte inferas, (1) eum attentasse tantum periurium, qui uiolatione fidei iuratae damnum alteri inferre uoluit, ast reuera non intulit, o); (2) non omne mendacium iureiurando firmatum periurium esse (§. CCCCLII, 2.).

## §. CCCCLIII.

dolo malo  
uiolarunt,

Fallor aut ex tertio (§. CCCCL, 3.) intelligere potes (1) criminis periurii reos esse, (a) qui iurant uera esse, quae tamen falsa probe cognorunt, (b) qui iureiurando promiserunt, de quo praestando nunquam cogitarunt, uel (c) tempore iurisiurandi praestiti cogitarunt quidem, ast illud praestare noluerunt postea. Contra (2) ex numero reorum criminis periurii eximendos iudico (a) in quibus defuit deliberatus animus alterum circumueniendi, (b) quos, promissis iuratis quo minus starent, impediuit uel deus uel natura p) uel moralitas ciuili q), (c) qui, quod uerum habuerunt, uerum

o) CLASEN *comment.*  
ad C. C. p. m. 311.

p) LYNCKER *Resp.*  
87. nr. 33.

q) WILLENBERG  
d. de periurio ueniali sect.  
I. §. 29. MATTHAEI de  
*crimin.* XLVII. tit. f. c. I.  
nr. 7. p. m. 252.



uerum esse iurarunt *r*), (d) qui contra fidem iurato datam egerunt ob notabilem status mutationem (*s*), (e) qui iure suo contra fidem iurato datam sub certa pœna agendi usi sunt *t*).

## §. CCCCLIV.

Ex quarto (§. CCCCL, 4.) denique colligere licebit (1) eo leuiorem pœnam criminis periurii reo dictandam esse, quo leuius damnum ille dedit (§. CCCXLIV.), sicque (a) falsum testem in causa criminali maiorem pœnam, atque falso testi in causa ciuili iniungi potest, luere debere, (b) eumque, qui falso testimonio alium morti tradidit, seueriore pœna adficiendum esse, quam ille, qui aliquem sicut uoluit non potuit morti tradere; (2) *damni dati re-sarcitionem & remissionem* in determinanda pœna attendi debere *u*).

## §. CCCCLV.

Qui in iudicio solemnibus uerbis, & admonitione de periurio uitando \* facta, hoc commiserunt (1) *pecunie ergo*, notantur infamia *x*) iuris *y*), & priuantur *Engau Ius Crimin.* *Q* digitis

*r*) WILLENBERG c. d. sect. II. §. 2.      *u*) BEYER ad C. C. art. 68. pos. 35.  
*s*) Id. c. d. sect. I. §. 28.      *x*) C. C. C. art. 107. §. 1.  
*t*) Id. c. d. sect. II. §. 21.      *y*) CLASEN ad c. art. p. III. 310.



digitis \*\*, quibus iurarunt z); (2) in causa *criminali*, ubi affectui respondit effectus, pœnam talionis sustinere debent a). \*\*\* Quid iustum sit circa uiolatam urphedam, docebo lib. II. tit. 24.

\* Neque peregrini neque patrii iuris ullam sanctionem esse, qua admonitio clerici de uitando periurio introducta dici queat, statuit MYLIVS in d. *admonitio de uitando periurio que fit per clericum* §. 2.

\*\* Interpretes hoc restringunt ad priores digitorum articulos, BERGER *Elect. Jurispr. Crim.* p. 24.

\*\*\* Vbi germanorum fides, iurata etiam, infimum abire cepit, omnibus indistincte dolosis periuris dextra manus amputanda *L. Longob. II, 58, 2. Capit. III, 4. V, 196. Caroli M. c. 10.* aut redimenda erat, *L. Frison. X. Capit. IV, 23.* dimidio wergeldo. *L. Cnuti R. Angl. Sax. 33.* ap. WILCKINS p. 139. *L. Luitprandi VI, 91.* ap. GEORGISCH p. 1109. GAERTNER *ad L. Sax. p. 47.* si exceperis Saxones, qui pœna capitali notabant periuros scientes, nescientes uero manus amputatione *L. Saxon. II, 8. 9. Capit. Caroli M. de part. Sax. c. 32.* Subsequentibus uero temporibus nata est distinctio inter periurium iudiciale & extraiudiciale *C. C. C. art. 107.*

### §. CCCCLVI.

Causæ pœnam mitigantes,

Cui pœnæ locus esse nequit (1) ubi *iusiurandum* uel nullum præstitum est, uel illud

z) *C. C. c. art. §. 2.*

a) *Ibid. §. 3. & KRESS ad art. 68. §. 4.*



illud, quod solemne *b)* & legitimum (§. CCCCLI.) dici nequit; (2) ubi periurium tantum *attentatum* est (§. CCCCLII, 1.); (3) ubi *damnum* periurio datum uel leue uel refarcitum *c)*, uel a læso remissum est (§. CCCCLIV.); (4) ubi *dolus* deficit (§. CCCCLIII.). Quibus in casibus periuri mox numellis includuntur, mox pecuniariam pœnam soluere debent.

## §. CCCCLVII.

Qui dolo malo (a) peieraturos ui ad- Sociorum  
gerunt *d)*, (b) conduxerunt *e)*, (c) per- pœna.  
suaserunt &c. eadem *f)*, & qui (d) iusiurandum peieraturis imprudenter tantum & incaute detulerunt, leuiori pœna *g)*, quam criminis periurii rei, adficiuntur.

## §. CCCCLVIII.

*Quedam* prouincialia iura, nulla ratio- Iura pro-  
ne causæ, in qua peieratum est, habita, uincialia.  
amputationem digitorum *b)* aut arbitriam pœnam *i)* minantur; *alia* inter causas distinguunt uolunt periurium in causa criminali commissum uindicare uel

Q 2

pœna

- b)* HEIL *iud. & def.* art. 107.  
c. 6. §. 15. p. 362. *f)* C. C. c. art. §. 4.  
*c)* N. O. L. O. art. *g)* LEYSER *spec.* 567.  
91. KRESS ad c. a. §. m. 23.  
1. \* 2. *b)* Dithmars. L. R.  
*d)* I. P. Suen. c. 342. art. 119. *Stat. Mulbus.*  
ed. MEISCHN & p. 197. V, 4.  
ed. BERGER. *i)* Hall. Regiments-  
*e)* GILHAVSEN ad Ordn. art. 10. §. 2.



pcena talionis *k*), uel, prout uitæ aut corpori innocentis falso testimonio damnum allatum est, gladii aut talionis pcena *l*), atque, si in ciuili causa patratum, iudicem arbitrari, quæ pcena irroganda *m*), & num causa sit, cur præter digitos amputetur lingua *n*); *alia* ius commune sequuntur *o*). In *Morauia* denique & *Bohemia* capite *p*) priuantur criminis periurii rei.

## §. CCCCLIX.

Iudicium  
ciuile.

Periurus ea, quæ periurio suo acquisiuit, læso *restituere q*), quid? quod alicubi *r*) damnum, quod dedit sine lucro percipiendo, resarcire tenetur.

## TIT. XLI.

DE

## TERMINO MOTO.

## §. CCCCLX.

Termini

**T**erminorum nomine ueniunt quæuis signa ad fines agrorum distinguendos rite posita.

## §. CCCCLXI.

*k*) Westerr. P. L. G. O. art. 91 §. 2

*l*) Chur-Pfälz. Mas les. Ordn. tit. 10

*m*) Bad L. R. VII, 9.

*n*) Tyr. l. L. R. VIII, 20. Westerr. P. L. G. O. c. 1.

*o*) Goth. L. O. p. II. c. 4. tit. 1. §. f.

*p*) Const. Crim. Iosephina art 19. §. 4.

*q*) C. C. art. 107. §. 1. ibique CLASEN. HARTM. PISTOR obs. 150.

*r*) Pfälz. Mal. R. tit. X. §. 2. Bad. L. R. VII, 9, 2.